



## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Tractatio Synoptica De Ivdiciis Ad Lib: II. Decretal:  
Gregorii IX.**

**Herberstein, Ferdinand von  
Tabarelli de Fatis, Donato Vincenzo**

**Spirens., 1660**

16. An Constitutiones Civiles laicorum Clericos adstringant, & quae?

**urn:nbn:de:hbz:466:1-11416**

prehenditur ex naturali æquitate, quamvis possit secum quodammodo dispensare, dum ipse vult contrahere suar: de leg.

15. Sicut autem Legislator solitus est, ita Augusta per se loquendo iis subjecta manet L. fin: Cod. de leg. cessant quippe in Augusta rationes, quæ tantam dedecent Principis auctoritatem, illa præset tim condendæ legis, quæ in solo Principe locum habet, solumq; Principis privilegio L. Princeps. ff. d e leg: ( planè licet Augusta legibus soluta non sit, Princeps tamen illi eadem privilegia tribuit ) aut regnorum quorundam morib' ab earum observatione eximitur, cap. dilecti de arbit: quorum ratio, quia cum uxores splendeant honore mariti, L. Fæmina. ff. de Senatu: indignum lex æstimavit marito in altissimo honoris gradu collocato uxoris dignitatem pariter non concrescere, L. si liberam. Cod. de nuptijs.

16. Communis DD. est assertio constitutiones civiles Laicorum, quæ generaliter ab omnib' ob publicam utilitatem & quietem latæ sunt circa materiam ad secularem jurisdictionem spectantem, directè Clericos non adstringere, sed indirectè.

A a 3 tan-

tantum ex ratione naturali dictante ser-  
 vandas esse leges secularium ob confor-  
 mitatem cum personis secularibus eius-  
 dem Republic: quae illis legibus directe  
 subjiciuntur, sicut supra dictum est, Prin-  
 cipem directe non obligari suis legib' &c.  
 Canonistæ in cap. Ecclesia de constit. & cap. n. de  
 novi operis nunciatione. Legistæ L. cunctos popu-  
 los Cod: de summa Trinitate. Summistæ verb:  
 lex: Theologi. Vasquez 1.2. diss. 176. cap. 4. Su-  
 rius lib. 3. de leg: cap. 34. Quæ sententia licet  
 in re vera sit, moderatione tamen indi-  
 get, ut sic proposita locum habeat, nam si  
 constitutiones eiusmodi libertati Eccle-  
 siasticæ, aut Clericorum statui adversen-  
 tur, ne indirecte quidem Clericos obli-  
 gare possunt, sed Jure tam Canonicò  
 quam Civili irritæ sunt, & nullius momen-  
 ti. colligitur ex cap: quæ in Ecclesiis 7. Fe-  
 lin: in cap. Ecclesia S. Mariae & cap. Ecclesia 10.  
 de constit. Auth. Cassa Cod: de sacro sancta Ec-  
 clesia. Tales in specie censi debent, pri-  
 mò prohibentes aut impedientes uti re-  
 bus aut facultatibus à jure comuni con-  
 cessis. Secundò tollentes vel imminu-  
 entes privilegia Ecclesiis aut Clericis à  
 Deo,

DEO, summis Pontificibus, aut aliis  
Principibus secularibus concessa Baldus  
in L. cunctos populos de Judic. Tertiò, qui-  
bus Ecclesiasticæ personæ rationabiliter  
efficiuntur timidiiores. *Bartholus in capit.*  
*Ecclesia S. Mariae.* quibus Clerici deterio-  
ris conditionis redderentur quàm Laici  
*Felinus loco citato capit: Quanto de privilegijs,*  
quæ generaliter latæ, Ecclesiis Ecclesia-  
sticisque personis, aptæ sunt per se, & ex  
proprio objecto damnum aut incommo-  
dum adferre, *Felinus ibidem num: 69.* *Abbas*  
*in cap: Quæ Ecclesiarum num: 6.* quæ de Ec-  
clesiis Ecclesiasticisque personis specia-  
liter ac nominatim disponunt, sive man-  
dando sive prohibendo, idq; sive in præ-  
judicium sive in favorem, *citatum cap: Ec-*  
*clesia S. Mariae de constitut.* nisi solvantur in  
vim consilii sive privilegii, nam consili-  
um vel privilegium necessitatem non im-  
ponit. *Surdus lib. 1. consil: 2. num: 19.* & libr:  
*3. consil: 301. num: 13. & 24.*

17. Ex prædictis porrò descendendo ad  
casus particulares. Dicimus primò con-  
stitutiones civiles, quibus obligantur Cle-  
ri ci ad emptionem aut venditionem cer-